

ORDINARIUS
SENIOR CAETERIQUE DOCTORES
FACULTATIS IURIDICAE

LIPSIENSIS

LAUDABILITER SUPERATVM EXAMEN

ILLVSTRISSIMI DOMINI

CHRISTIANI REINHARDI S. R. I. COMITIS
DE WALLWITZ

PUBLICE TESTANTVR.

Rhapsodiae Supplementa.

LIPSIAE,
EX OFFICINA LANGENHEM. HAERED. ET KLAUBARTHIA.

ORDINARIUS
RECTOR UNIVERSITATIS
FACULTATIS IURIDICAE
LIPSIENSIS
LUDWIG WILHELM RITTER SUPERATUM EXAMEN
CHRISTIANI WILHELM RITTER S. I. I. COMITIS
DE WÄLWITZ
P. V. H. I. E. R. T. S. T. A. T. U. S.
LIPSIENSIS
DE ORDINE ET MODO EXAMINANDI

VI

OBSERVATIO DCCLXXVIII.

Judices in concipiendis articulis inquisitionalibus contra sensum communem haud raro impingunt.

Responso ad articulos inquisitionales instar litis contestationis est. Nihil autem nocet reo ad inepta libelli contenta non respondisse, aut sibi contradixisse in iis, quae siue vera sint siue falsa, perinde est, quia ad decisionem causae nihil conferunt, (*Obs. CCLIX.*) Quemadmodum autem illi parum sapientes, qui libello affanias immiscent nihil profuturas, aut res eiusmodi, in quibus nihil interest, affirmative reus, an neget? Sic etiam imperiti iudices inquisitionalibus articulis non raro includunt res nullius momenti, siquidem fere totam responsum inquisitioni summariam, in qua saepe extra oleas vagatur, pueriliter exscribunt, et accusatum solemniter interrogant: quis auus, quae auia, quisnam auunculus? An focrus adhuc viuat? Vbinam scholam accusatus frequentauerit, et quale ludimagistri nomen? an decalogum probe didicerit, eumque memoriter recitare possit? immo interdum etiam iubent recitare (*Obs. DLXXXII. DCLXXI. num. 5.*) An primis pueritiae annis pastor anserum siue anserarius fuerit? An aliquid in bonis habeat (hoc, vt expiscantur eo certius, an sumtibus inquisitionis plus minusue prolixae ferendis par sit) Quibusnam heris a pueritia vsque ad praesentem aetatem operas locauerit?

IV

Annon prius Mustopio, deinde Iacobo, postea Murnero, tandem Nirenbratio seruitia praestiterit? Quando prima vice ad coenam domini admissus et quonam in pago? (*Observ. DCLXXXI. n. 12.*) Num herba Nicotiana delectetur? Quotnam fistulas quoditum fumando exhauriat? Num quindecim? An a Iacobo hero propter voracitatem dimissus sit ex famulatio? et quae plura huiusmodi inepta quotidie in actis obueniunt.

- 3 Breuiter, qui articulos inquisitionales cudunt actuarii, iis fere omnia anteriora et quicquid in responsione summaria obuenit satis ridicule et absque omni iudicio immiscent, plane incuriosi, an haec aliena conducant detegendae veritati vel indicis, nec ne? satis beati si numerus articulorum crescat, vnde suae imperitiae ipsi imputent, si deinde in moderatione expensarum haec duriuscula pronuncientur: *Und sind die auf den 368^{sten} Blatte angeschriebene Unkosten, in Betracht, dass eine grosse Menge der abgefasten Inquisitional Artikel zur Hauptsache ganz und gar nichts beytragen auch sonst, zumal bey dieser Art des Verbrechens, unnöthige Weitläufigkeiten verhänget worden, nach Maassgabe der Tax Ordnung Num. 186. auf — thlr. — gr. zu mässigen*

- 4 Contra autem (incredibile dictu) necessaria i. e. ea, quibus mitigatio poenae inniti possit, aut quae certitudinem corporis delicti firment, aliaque penitus negligunt. Sic in adulterio de immissione seminis vtplurimum non quaerunt; non de remissione tacita vel expressa coniugis; aut in furto qualificato nihil de armis, nihil de minis; in rapina articulus nullus de animo lucri faciendi et sic in aliis de essentialibus altum silentium, vt plerumque videas, manum iudicis laborasse, non ingenium.

OBSER-

OBSERVATIO DCCLXXXIII.

Beneficium Inuentarii non quidem solenniter petendum est, nec tamen extra Saxoniam Electoralem heres oblatione iuratae specificationis se liberare potest, sed simpliciter soluere tenetur, si intra annum ex tempore scientiae non declarauerit, se velle hoc beneficio uti.

Inuentario haud confecto heres simpliciter soluere cogitur, **1**
*L. 22. §. 14. C. de iur. delib. L. 8. ff. de adq. vel amitt. hered. L. 23. ff. solut. matrim. Nou. I. cap. 2. §. 2. etiam hodie, MEV. P. 2. Decis. 96. et P. 6. Decis. 411. secundum illam ab HERTIO in Opp. Vol. 2. P. 3. p. 348. explicatam Paroemiam: Wer einen Heller erbt, muss einen Thaler bezahlen, quocum aliae leges conueniunt, L. Ripuar. tit. 67. L. Burgund. tit. 65. §. 2. I. P. Al. cap. 254. Edit. Berg, Contra autem in Speculo Saxonico lib. 1. art. 6. **2**
 scriptum: Wer das Erb nimt, der sol zu Recht die Schulden gelten, als ferner das Erbe währet. Ut autem non sufficere hereditatem, **3**
 heres demonstrare possit, opus est Inuentario. Est enim non sufficere propositio negatiua praegnans, quae in affirmatiuam sic conuerti potest, plura passiuia in hereditate fuisse, quam actiua; ergo id heres probare tenetur. Non solum igitur utile est sed **3**
 etiam necessarium, vt intra annum heres creditoribus aut iudici declaret, se cum beneficio iuratae specificationis hereditatem adire. Etsi enim probe sciam, iuratum specificationem moribus Saxonice (nequaquam autem, vt STRYKIVS in *Vs. Mod.* **4**
*lib. 28. tit. 8. §. 2. et SCHITER Exercit. 38. §. 151. seqq. bene notarunt, Germaniae vniuersalibus) vicem Inuentarii obtinere, tamen non debet plus in surrogato esse, quam res ipsa habet, cui surrogatur. Refert autem creditoribus inuentarium confici, et utile hoc etiam heredi, quia confusionem iu-**

- rium et obligationum impedit et separationem bonorum con-
 5 seruat. Creditorum autem maximum inde commodum, vt sci-
 licet inspecto inuentario aut ex oblata specificatione intelligant,
 sibi esse vigilandum, quia heres sub beneficio inuentarii he-
 reditatem adiens non potest denegare illis inuentarii et do-
 cumentorum inspectionem. Possunt etiam creditores tunc
 heredem monere, ne seruos hereditarios manumittat, ne syl-
 uas et agros colere desinat, ruinosam domum vt reficiat, debi-
 ta exigat. Itaque maxime creditorum interest, de statu heredi-
 tatis tempestiue certiores reddi. Iam vero si iurata specifica-
 tio Inuentario surrogata est, vt vulgo dicitur, si eius vices su-
 stinet, non debent in tali specificatione iurata creditores com-
 modis carere, quae ipsis solenne Inuentarium praestat.
- 6 Intra quodnam tempus ergone tenetur heres beneficium
 iuratae specificationis petere? respondeo, si liberalis sim nec
 breuius statuum, ad summum debet fieri intra 52. septimana-
 7 rum annale spatium. Nempe moribus nostris mira confusio
 Spatii Deliberandi et Beneficii Inuentarii facta est, quae iure
 8 Romano valde diuersa erant. Adde quod ipsa haec lex vltima
C. de iure delib. §. 3. annum a die mortis defuncti computan-
 dum, praefiniat. Nulla ergo iniquitas, si hunc annum, ab-
 sentibus tantum a Iustiniano concessum, omnibus promiscue
 indulgeamus atque ita concludamus: si inuentarii confectio ad
 certum tempus restricta, sane eius surrogatum, nempe iurata
 specificatio, quae istius vices sustinet, non potest in infinitum
 9 protrahi. Nam quod in Electorali Saxonia is, qui intra an-
 num non petiit beneficium iuratae specificationis, non ex pro-
 prio patrimonio, sed tantum hereditatenus, soluere cogatur
 et ad corroborationem specificationis serius adhuc admitta-
 tur, in solo Electoratu receptum, adeoque tanquam ius valde
 singulare ad reliquas Germaniae prouincias, sine lege expressa,
 amplificando nequaquam proferendum.

Intra

Intra hoc annale spatium igitur, aut simpliciter heres
 adire, aut repudiare debet, aut se iuratae specificationis benefi-^{IO}
 cio vsurum declarabit. Ita enim in L. vlt. §. 1. C. de iure de-
 lib. IVSTINIANVS ait: *Qui certissima spe se hereditati immiscue-*
rit, omnibus creditoribus suppositus est. Similique modo, si non
titubante animo respuendam esse crediderit hereditatem, sit alienus
ab hac hereditate, siue onerosa, siue lucrosa sit, et §. 14. eod. Si
quis autem temerario proposito vel adierit hereditatem vel minime
eam repudiauerit, creditoribus in solidum teneatur. Ex quo po-^{II}
 steriori sequitur, heredem, qui adiit et intrepide administra-
 vit hereditatem, ita vt de edenda specificatione non sollicitus
 fuerit, postea ad eam frustra confugere. Quomodo enim
 creditores culpa heredis damnum sentiant, qui sibi haud du-
 bie vigilaturi erant, nisi fiducia heredis eos securos reddisset?
 Sane creditoribus, qui vident heredem se immiscere, immo
 qui fortasse ab eo vsuras annuatim acceperunt, non imputari
 potest, securos nimium fuisse, nec obiici: sibi parum pro-
 spexisse; heredi autem imputari potest, se tam longo tem-
 pore statum hereditatis non percontatum esse; immo prae-
 sumptio facti adest, fraude non carere, qui vsque ad supremum
 momentum tacuerit, nec creditoribus dubium hereditatis sta-
 tum, seque titubare, intra annum, quo sciuit sibi hereditatem
 delatam, indicauerit. Crassa culpa dolo equiparanda, qui
 autem in ea re dolo agit, etiam in Saxonia in solidum conue-
 nitur. *Decis. El. 57.*

Qui non titubante, sed fiduciae pleno animo adierit he-¹²
 reditatem, vel ad minimum eam non repudiauerit, hunc Iusti-
 nianus in solidum condemnat. *L. vlt. §. 14. C. de iure delib.*
 Tu ergo heres, te titubare significa! Nam qui non protesta-
 tur, simpliciter hereditatem adiisse putandus est. Vnde nulla
 dubitatio fuit, heredem, qui per multos annos, protestatione,
 neglecta, se rebus hereditariis intrepide immiscuerat, confu-
 sione inter res sibi proprias, hereditariasque exorta, in soli-
 dum

dum condemnare, vii euenit apud LEYSERVM *Spec. 370. Medit. 7.* Exceptio tantum in vidua, quae illata repetit adeoque
 13 heres esse non vult, sed iure retentionis res hereditarias detinet, licet huic quoque protestatio non disuadenda.
 His omnibus non obstat *L. 8. C. de iur. delib.* vbi dicitur, nemine creditorum vrgente triginta demum annis ius adeundi hereditatem exspirare. Neque enim nos in praesenti quaerimus, quo tempore adiri, sed quo tempore iam adita hereditas repudiari possit? Iure Romano iam adita hereditas plane non poterat repudiari, haec enim plane sibi contraria, sed iure Saxonico
 14 aliquatenus. *Decis. El. 57.* Est haec constitutio Saxoniae Electoralis valde perplexa nec satis bene sibi consentiens, vt eius compilatores vix videantur ipsi sensisse, quae scripserint, firmiterque mihi persuadeam, contrarium scribere voluisse eius, quod scripserunt; clarior Ordinatio Cameralis Brandenburgica *tit. 29. §. 4. seq.* huius sententiae: *So wollen wir, dass diejenigen, welchen eine Erbschaft ex quo titulo es wolle, zufällt, binnen drey Monathen, von dem Tage des Erblassers Absterben an zurechnen, entweder ein solennes Inuentarium über dessen Verlassenschaft, oder an stat dessen eine Specification, so wie sie solche auf erfodern eydlich Bestärken können, conscribiren sollen. Nach Ablauf dieser drey monathlichen Frist, sollen die Erben innerhalb anderwärtigen drey Monathen gerichtlich sich erklären, ob sie die heredität ohne Beding oder cum beneficio legis et inuentarii antreten wollen? Gleiche Bewandnis soll es auch mit denen überbleibenden Ehegatten beyderley Geschlechts haben, und müssen demnach dieselbige obige Fristen, so wohl wegen Verfertigung eines inuentarii oder specification, als auch der Erklärung halber, ob sie portionem statutariam erwählen, oder von der heredität abstiniren wollen? genau obseruiren, es sey wegen der Erbschaft Streit entstanden oder nicht. Solte aber einer oder der andere vorgesezten Fristen bey Conscribirung des inuentarii oder specification vorbegehen lassen, auch sich wegen Antretung der Erbschaft vorgeschriebener maassen nicht erklären, soll der-*

derselbe nachgehends mit keiner fernern declaration gehöret, noch ihm ohne wichtige Ursachen ein weiteres spatium deliberandi verstatet, sondern er pure pro herede und des beneficii legis et inventarii verlustig geächtet werden.

Caeterum consule Observationem CCCLXXVI. vbi diximus: exceptionem iuratae specificationis dilatoriam non esse, nec spatium deliberandi effluxo, liberari ab actionibus heredem.

OBSERVATIO DCCLXXXIV.

Si vnus liberorum in diuisione hereditatis debita paterna soluere iudicialiter in se suscepit, aut, vt in se suscipiat, per sententiam fuerit condemnatus, creditor nihilominus contra omnes coheredes agit.

Filiae pactum patris reale super feodo initum v. c. de subinfeodando seruare non tenentur, sed is qui in feodo succedit.

Potest quidem cessionarius contra debitorem solus agere, cum nihil ei amplius, quam legitimatio ad causam, vt scilicet cessionem producat, iniungatur; contra autem non opus habet creditor illum solum conuenire, qui in se reliquorum coheredum commune debitum suscepit. Neque enim creditori inuito alius debitor obtrudi potest, nihilque certius habetur, quam omnia nomina ipso iure diuisa esse tam actiua, quam passiuia. *L. 6. C. famil. hercisc.* Vnde hereditatis diuisio a liberis facta creditoribus non praeiudicat (*Obs. DXLX. n. 2.*) Si autem pater vasallus intuitu feodi quid promiserit, filiae ex promissione patris non tenentur, quia heres promissum defuncti super re ad ipsum non transmissibili seruare non tenetur, sed talia pacta putantur realia i. e. ad successorem singularem actiue et passiuie transeuntia. (*Obs. CCXXXVII.*)

B

Nuper

- 2 Nuper hoc euenit: Quidam a Titio centum mutuo acceperat. Mortuo Titio liberi eius heredes coniunctim actionem executiuam aduersus debitorem instituebant. Cum autem durante lite liberi paternam hereditatem diuisissent, atque vni coheredi *Sempronio* hanc ex mutuo actionem cessissent, nihilominus Reconuentionem non solum contra *Sempronium*, sed contra omnes liberos recte institutam esse pronunciatum saepius, immo nuperrime in Curia Lipsiensi suprema, additis his rationibus: *Obwohl Mitwiederbeklagte Schwestern sich auf die Reconvention nicht einlassen wollen, weil sie eine gerichtliche Registratur aufweisen, worinnen sie Wiederbeklagten, nemlich ihren Bruder Sempronien, die in der Convention erfochtenen Gelder gänzlich cediret und abgetreten; wannhero sie behaupten, dass wider selbigen nur allein die Wieder-*
- 3 *klage angestellet werden könne. Dennoch aber und dieweil Mitwiederbeklagte vormals die Convention gegen Wiederklägern gemeinschaftlich angestellet, und die von denen übrigen Miterben, als von nurgedachten jezigen Mitwiederbeklagten Schwestern an ihren Bruder Sempronien beschehene Abtretung dieser Schuld (welche als eine zwischen denen Erben unter sich vorgefallene Handlung Wiederklägern nichts angehet) besagte Cedenten als Mitwiederbeklagte von der Wiederklage keines Weges befreyet, (Obf. DXLV.) weil Wiederklägers an dieselben, als Erben seines Gläubigers Titius, ihm zustehendes Recht demselben wider seinen Willen nicht entzogen werden mag, folglich der zwischen Wiederbeklagten und Mitwiederbeklagten gerichtlich vollzogene Erbvergleich, worinnen sie diese Schuld abgetreten, Wiederklägern zu keinen Nachtheile gereicht; So ist etc.*
- 4 Dico igitur, exceptionem coheredum: *frater noster in se hoc debitum suscepit nihil proficere, sed reconuentionem debitori contra omnes heredes patere, licet vni omnes id creditum cesserint. Si tamen vnus coheredum toti hereditati renunciauerit, reconueniri non poterit, quia heres nunquam fuit, nec se pro eo gessit.*

Sed

Sed ut ad id, quod maxime nobis in scribendo hoc programmate propositum est, accedamus, commemorandus venit felicissimus, nec inopinatus spem iam antea certam habentibus, colloquii exitus cum iuvene litteratissimo habiti. Nempe

ILLVSTRISSIMVS
CHRISTIANVS REINHARDVS S. R. I.
COMES DE WALLWITZ

iure suo testimonium publicum suae eruditionis et haustae a praeceptoribus iuris scientiae exigit; in quo cum mos sit vitam examinati inter litteras peractam enarrare, hoc eo minus in praesenti negligemus, quo magis nos delectat ab initio statim obueniens splendidum EXCELLENTISSIMI et ILLVSTRISSIMI PATRIS nomen, nomen patriae salutare nobisque venerandum. Sequatur ergo vitae laudabiliter gestae commemoratio breuis, uti eam Noster ipse exhibuit.

Natus sum Dresdae anno huius seculi LX. patre GEORGIO REINHARDO COMITE A WALLWITZ, Serenissimo Saxoniae Electori a Consiliis intimis et in primaria rei privatae administratione Directore Vicario; matre CHRISTIANA WILLHELMINA e gente, quae adhuc floret, COMITVM DE LOSS. Horum quidem parentum indulgentissimorum, quos gratissimo semper animo summa cum pietate veneratus sum, eosque ad ultimum usque vitae tractum veneraturus, factum est, ut a tenerrima inde aetate domesticis traditus praeceptoribus, prima religionis, virtutis, litterarumque elementa discerem, inter quos inprimis GEITHNER ET KIMMELIVS, quibus multa me debere, grato animo agnosco, nominandi sunt. Anno huius seculi LXXVII. ad hanc litterarum sedem veni, ubi a BURSHERO Rectore Magnifico civibus academicis adscriptus sum, duce ab initio WENKIO iunior, cuius tum amicitia et consuetudine fruebar, deinde vero ductu IVNGHANSII, cui eo maiores debeo gratias, quo maiorem semper adhibuit in docendo diligentiam et in ducendo humanitatem atque amorem, cuius saepius luculentissima expertus sum documenta. Deinde philosophiae et iuriscientiae operam dare coepi, atque in illa quidem usus sum praeceptoribus, PLATNERO et SEYDLITZIO Dialecticam et Metaphysicam, GEHLERO mathefin puram et adplicatam, LVDWIGIO Phycen,

*ficen, LESKIO historiam naturalem tradentibus. Historiam catholicam, Saxoniam, statuum Imperii, ius publicum Germanicae, statisti-
cam, artem diplomaticam et Politicam docuit me WENKIVS, cuius fa-
vori, amicitiae et benevolentiae multa me debere publice profiteor. Ius
naturale et gentium cum iure publico vniuersali HEBENSTREITIVS,
iuris ciuilibus historiam SAMETVS, Institutiones EINERTVS et WOL-
LIVS, Pandectas SCHOTTVS tradidit, cuius etiam praelectionibus
in ius Canonicum et Germanicum priuatum, quod simul ex SEGERI
scholis hausi, interfui. Ius Feudale KINDIVS, formam iudiciariam
ZOLLER exposuit. Praeterea artem scribendi et differendi docuit me
CLODIVS, quem etiam Horatium interpretantem summa cum voluptate
audiui, REIZIVS, CAESAR, RICHTER, KINDIVS, BIENER.
His omnibus praeceptoribus optimis maximas ago gratias, cum uberrimos
ex doctissimis eorum praelectionibus in me fructus redundasse, sentiam.*


Talis erat illustrissimus munerum atque honorum Candidatus,
cum nos precibus adiret, vt ad examen in pleno collegio admittere-
mus. Dicto scrutinii die ita se ordini probauit, vt honorificum testi-
monium suffragia omnium ei decernerent. Intelligent ergo Lectores,
in quorum manus hae tabulae peruenturae sunt, hunc illustrissimum
comitem apprime mereri, qui muneribus publicis cum dignitate prae-
fici et ciuilem rempublicam ornare possit. Nos vero haec verissima
atque omnia rite peracta fuisse, per hoc publicum Programma fori-
bus templi et Auditorii affigendum, nostroque Sigillo firmandum at-
testamur.

Lipsiae die XXIII. Febr. MDCCLXXXI.



11 7 Nov 1989

Cons. et resp. 361



Small, rectangular, light green paper label affixed to the upper right corner of the book cover. The text on the label is illegible due to the image resolution.